

quando mulier abducta consentiat, licet Parentes fuerint inviti, eo quia non est propriè raptus, de quo Jura loquuntur, maximè quia servatur libertas matrimonii.

30 Neque ullatenus in hoc casu vis etiam interpretativa considerari potest, dum nec suasionibus, neque promissis, neque muneribus, neque precibus, ipsa Monialis fuit à Milite abducta, quin potius è contra, ipsa precibus, & muneribus Militè traxit ad se affotandum, unde nulla prorsus malitia raptus in facto potuit inveniri, ut ex processu offensivo colligitur.

31 In hoc ergo casu maxima habita est di-

sputatio in Congregatione ad Criminalia, & pluries causa proposita, vota fuerunt discordantia, ut vel pro majori numero, vel pro æquali saltem fuerint vota, non intrare pœnam ordinariam, & tandem prudentissimus Princeps requisitis à peritioribus Criminalistis de Urbe votis, hæc concorderiter concluderunt, intrare solum pœnam extraordinariam; undè Miles damnatus fuit ad triremes perpetuas; Monialis verò, quæ consultatione maturiori habita cum propria conscientia, cessavit ab instantia probandi nullitatem suæ professionis, ad Carcerem perpetuum damnata in suo Conventuarum Conventu fuit detrusa.

De Negligentia Notariorum.

SUMMARIA.

- 1 Notarius tenetur scire quæ ad suam artem spectant,
- 2 Ideò de omisiss ex ignorantia teneretur ad damna, & interesse.
- 3 Omisiss signi Notariatus multa potest parere incommoda, ita, & omisiss eorum quæ sunt de substantia actus.
- 4 Secus de omisssione eorum, quæ non sunt de substantia actus.
- 5 Ideò in casibus practicis debent consulere peritiores.
- 6 Ac propterea quidquid omitteret, ut lederet partes, seu partem, illum condemnat de Jure ad damna, & interesse.
- 7 Si in Judio ex imperitia, aut negligentia acceptet fidejussorem minus Idoneum, non citata parte, teneretur ipse Notarius ad interesse partis.
- 8 Notarius omittens clausulas solitas, aut aliquid, quod erat notandum, præsumitur in dolo, & culpa lata.
- 9 Quæ scribit Notarius præsumitur scribere de mente partium, at omittens, quæ erant scribenda, non præsumitur omisiss de mente partium, sed contra earum intentionem.
- 10 Limita si Notarius protestetur partibus de sua insufficientia, & imperitia.
- 11 Quando possit Notarius emendare neglecta addendo ex se absque decreto Judicis, vel consensu partium.
- 12 Aliqua potest Notarius corrigere per se, si nondum relevaverit Instrumentum, aut testamentum, secus post copiam parti relevatam.
- 13 Si orta sit quæstio inter partes de omisiss, non potest Notarius quidquam addere nisi parte citata, & ex decreto Judicis.
- 14 Casu quo instrumentum redargueretur de falso, non corrigitur, sed Notarius venit puniendus, & officio privandus.
- 15 Unde constituitur regula, quod Notarius non possit ex se addere omisiss.
- 16 Primo fallit regula, quando addendo nulli noceret.
- 17 Secundo fallit, si incontinenti, & presentibus, ac consentientibus partibus fieret additio; presentibus etiam testibus.
- 18 Tertio fallit, addendo indicationem omisiss, quia per diem, & annum notatum colligitur Indictio Romana.
- 19 An possit corrigere diem omisiss, vel male appositum, est dissensio inter scribentes.
- 20 Sed certum est non posse, quoties orta esset quæstio de die omisso, vel male appposito.
- 21 Possit addere clausulas consuetas apponi de stilo Notariorum.
- 22 Intelliguntur prædicta de Notario addente suis rogibus alterius Notarii, quos haberet apud se.
- 23 Ex decreto tamen Judicis parte citata, tunc & alienis rogibus posset addere.
- 24 Data aliqua omisssione, præsumitur potius error, quam dolus Notarii, quoties ageretur ad pœnam.

- 25 Nisi Notarius esset male qualitatis, & male famæ, aut constaret de sua imperitia, quod remittitur arbitrio Judicis.
- 26 Et quando arbitrio Judicis veniret puniendus propter dolum præsumptum, tunc non pœna ordinaria, sed extraordinaria.
- 27 Tenetur Notarius diligenter custodire protocolum, illud ad partium requisitionem exhibere.
- 28 Qui destinavit, seu elegit Notarium ad aliquod officium sciens illius imperitiam, tenetur de neglectis, & omisiss per Notarium; secus si Notarius erat peritus, & cognitus pro Idoneo.
- 29 Substituentes Notarium loco sui in officio, vel aliquo actu, tenentur pro eo tam de male factis, quam de omisiss.

- 30 Notarius tenetur officium suum impertire pauperibus extremè indigentibus gratis, vel ex Jusitia, vel ex misericordia.
- 31 Negligentia Notarii in non registrando Instrumento, vel testamento, non debet nocere parti.
- 32 Dum acta sunt transportanda post appellationem, tenetur Notarius infra mensem copiam exhibere recepta competenti mercede, alias negligens potest puniri si malitiosè omittat, si verò sine malitia, ei per Judicem assignatur terminus infra quem sub pœna.
- 33 Quod intelligitur de omnibus, quæ re vera sunt in actis, & de actis, secus si non sint de actis, vel non sint in actis, ut de Verbaliter tantum productis.

ARTICULUS XXVIII.

De Negligentia Notariorum.



Uamquam Notarius non teneatur esse Doctor, & jure omnia scire ad tradita per Speculat. in tit. de Instrum. edit. 9. restat colum. penult. V. sed nunquid tabellio, tenetur tamen scire quæ faciunt ad artem, & officium Notarii, Abbas in c. 1. num. 7. de fide Instrum., ubi, & Decius num. 66., Bertazol. de Claus. Instrum. Proemio num. 1.

- 1 Ex quo sequitur, quod omittens, velex ignorantia, vel ex malitia aliquid, propter quod aliqua pars damnum sentiat, teneatur ad interesse parti, l. fin. C. de Magistr. conveniend., & est bonus tex. in l. fin. in fine ff. si mensor fals. mod. dix., Menoch. conf. 17. num. 2.; Nellus à S. Gemin. in tract. de testibus 162.; Negligentia namque Notarii non debet officere parti, Seraphin. decif. 1115. num. 5., & coram Dunozzeto in Tolitana pension. lunæ 15. Januarii 1646. nu. 14., Burat. decif. 10. num. 6. 7., & decif. 780. n. 4., Farinac. qq. crim. 156. num. 27., & 97. Sylvester V. Tabellio q. 8., Bertazol. loco citato etiam notat, quod minor ætas in tali casu Notarium non excusaret, & decif. d. cap. 1. num. 67. de fide instrum., quod benè considerandum notavit idem Bertazol., quia multa, & gravia damna sequuntur ex im-

- peritia, & omisssione Notariorum, immò & totum Mundum destrui, Durant. de arte testandi tit. 6. cautell. 39. num. 1. post medium, Rubens in addit. ad decif. 16. nu. 31. p. 3. recen., nam sicuti additio unius dictionis (&) potest multa parere incommoda, cum copulet plura quæ nequeant copulari, ita ex omisssione ejusdem dictionis, & multa possunt sequi damna, & incommoda, dum disiunguntur ea, quæ erant copulanda.
- 2 Ità omisssio signi in Instrumento magnum parit incommodum, dum parit nullitatem, de quo latè idem Bertazol. supra n. 13., regulariter quando omisssio contingit in eo, quod est de forma, aut de substantia, tunc negligentia, & omisssio Notarii nocet, nec ignorantia, aut alia ex causa excusatur, sed tenetur parti ad damna, aut interesse, ad notata per Felin. in c. ex litteris num. 10. Vers. quarta declaratio de fide Instrumentorum.
- 3 Si verò omisssio sit in solemnitate minima, tunc negligentia Notarii parum, aut vix consideratur, quia talis omisssio non nocet, nec obesse potest ad latè tradita per Viviam comm. opin. lib. 2. opin. 501., Notarius aliquid de substantia omittendo incidit in pœnam

penam falsi, *Bald. in l. facultas circa finem C. de Jure Fisci lib. x.*, *Jason. in l. Prescriptio num. 7. C. si contractus, vel util. publ.*

5 Invenit autem non leviter contra Notarios imperitiores, *Petrus Antibol. tract. de muneribus num. 126. in volu. 3. tract.*, dum in casibus sibi occurrentibus non consulunt peritiores, aut propter simplicitatem, & ignorantiam, quia neque sciunt dubitare, aut propter presumptuositatem, & arrogantiam; dum putant se scire, dum non studuerint Jura, quæ vix peritissimi Juris consulti continuo labore sufficienter resoluunt, & praeclius adaptant quaestionibus.

6 Hinc est, quod si notarius ex imperitia, aut negligentia conficiat Instrumentum imperfectum omitendo aliquid, ex cujus omissione pars, aut partes laedantur tenetur Notarius damna resarcire, & ad interesse, *l. cum sit C. de Magist. convers.*, ibi sed super negligentia, vel dolo scribæ, qui veram substantiæ taxationem passus est occultari, legibus erit agendum, & *l. fin. in fine ff. si mensor fals. mod. dix.* Ità omisso Dei nominis in Instrumento, negligentia Notarii imputatur, *Rota decis. 65. num. 3. p. 19. recent.*

7 Pariter si ex imperitia, & negligentia in Judicio acceptabit Fidejussorem non idoneum, tenetur ad interesse parti, præcatis juribus, & *l. 1. §. sciendum ff. de magist. conven.*, *Salust. Tiber. præd. Judic. lib. 2. c. 23. num. 5.*, *Paris de Puteo de syndicato p. 3. in principio*, excusso tamen prius fidejussore, *Salicet. in l. 1. Cod. de Magistro conven. dixi in judicio*, quia secus de fidejussore in contractu, differentia est, quia fidejussor in contractu acceptatur, & approbatur à partibus contrahentibus, in Judicio autem Notarius fidejussorem approbat *Seraph. decis. 576. num. 6.*, *Farinac. de delictis q. 24. num. 83.*, & *q. 33. num. 88.*

8 Negligentia namque Notarii est lata culpa, *l. fin. C. de Magist. con.*, idèdque dum conscribit instrumenta rogatus, aut Testamentum, si omitat necessarias clausulas, solemnitates, aut enuntiationes præsumitur in dolo, *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 13. num. 12.*, contra regulam, quod in dubio nemo præsumitur dolosus, nisi probetur, quia Notarius semper præsumitur rectè exercere officium suum, *Alciat.*

de præsump. 13. num. 1., & notavit *Rota decis. 219. num. 1. p. 4. recent.*, ad notata in *c. ad audientiam de præscript. c. Sancimus 1. q. 7.*, tamen id intelligitur quoad ea quæ scripsit, præsumitur enim scripsisse de mente partium, *Bald. in l. errore col. 1. C. de Testam.*, *Alciat. d. præsump. 13. num. 2.*, secus in iis quæ non scripsit, & alioquin erant scribenda, præsumuntur enim omissa contra voluntatem partium, quæ censetur semper vele conscribi instrumenta perfectiori modo quo potest; limitari tamen possunt superius dicta, in casu quo Notarius cognoscens suam imperitiam, eam partibus fateatur, qua protestatione non obstante, si adhuc partes rogarent Notarium conscribere Instrumentum; eo modo quo novit, tunc si aliquid omitat ex imperitia, cessat omnis culpa, & doli præsumptio.

11 Contingat autem, quod Notarius velit suam negligentiam supplere, neglecta corrigere, & emendare, puta addendo enuntiativas, aut clausulas, vel solemnitates omisas, aut diem, aut locum, an possit ex se absque scientia partium, aut Judicis decreto, quam difficultatem, tractant *Bartol. in l. Si librarius ff. de reg. jur.*, & in *l. Imperator num. 1. ff. de Statu hominum*, *Gramatic. cons. crim. 24. nu. 3.*, latè *Farinac. qq. crim. 156. à num. 1. usque ad 81.*, *Tusc. præd. conclus. in V. Notarius concl. 86.*, & *Bald. in rub. C. de fid. Instrum.*, non sine aliqua discrepantia sententiarum, *Lanfrancus in tract. de fid. Instrum. in 4. vol. tractatum num. 23.*, qui conantur ex aliorum dictis perfectam solutionem eruere, videlicet, aut non est orta quaestio super illo errore inter partes, aut est orta, si primū Judex ex officio suo potest compellere Notarium corrigere errorem suum, intellige instante parte, alioquin non impertitur, officium suum non petenti, *l. 4. §. hoc autem juditium ff. de damno infecto*, nec est ex casibus, in quibus suppleat ex officio, de quibus supra de negligentia Judicum, si verò orta est quaestio, & sic res non est integra, tunc nullatenus potest omissa supplere, nec errorem corrigere, *Joseph. Ludovic. decis. lucen. 19. num. 46.*, *Gramatic. cons. crim. 24. nu. 10.*, *Cagnol. in l. si librarius num. 22. V. si verò ff. de reg. Jur.*, *Farinac. q. 156. num. 9.*

12 Sed

12 Sed an Notarius possit de per se corrigere errorem, distinguunt, si Notarius erravit circa ea quæ spectant ad officium suū, veluti in anno domini, in indictione, in nominibus testium, & similibus, quæ nullatenus pendent à voluntate partium, tunc potest de per se corrigere errorem non vocata parte, *Farinac. d. q. 156. num. 6. num. 31.*, non tamen si parti restituerit instrumenta, seu dedit copiam levatam, quia tunc fundus est officio suo, potest quidquam addere, aut mutare, nisi de consensu partium, aut Judicis Decreto, ut post *Bald. notat Felin. in c. ex litteris de fid. instrum. nu. 8.*, *Farinac. d. q. crim. 156. nu. 16.* Si autem erraverit circa substantiam negotii, aut circa qualitates, aut circumstantias, quæ pendent à partium voluntate, & tunc non potest corrigere errorem, nisi parte citata, & ita voluit *Bartol. in d. l. Si librarius ff. de reg. jur.* Si autem orta est quaestio inter partes super tali errore, & tunc non potest Notarius corrigere errorem suum, nisi ex Judicis mandato, & parte citata, hoc est quod voluit *Bald. in rub. C. de fid. Instrum.*

14 Limitant tamen prædicta D.D. præcitati, ubi instrumentum redargueretur de falso, quia in hoc casu, neque Judice mandante posset corrigere errorem suum, quia data falsitate Judex debet Notarium privare officio suo, non autem falsum corrigere ad notata in *l. Si quis ex argentariis §. coguntur ff. de edendo*, *Bal. loco citato*, *Felin. in c. ex litteris nu. 9. V. Secunda declaratio de fide Instrum.*

15 Ex quibus constituitur regula negativa, quod Notarius non possit addere negliger omissa, quæ regula patitur suas fallentias.

16 Primò. Fallit ubi addendo omissa, nullatenus noceret partibus, ut esset apponere proemium in instrumento, quod non apposuerat, *Gabriel. cons. 169. nu. 29. lib. 1. Farinac. d. q. 156. nu. 24. 35.*, ubi *n. 36.*, quod licet aliqui id admittant, etiam post datam copiam, tamen *Cagnol.*, & *Mascard. ibi allegati* consulverunt contrarium, quod & ego consulerem in praxi, si autem addendo alteraret substantiam, nullatenus potest addere, *Gratian. discep. for. c. 889.*, ubi latè.

17 Secundò. Fallit si incontinenti, & præ-

sentibus partibus, & testibus corrigat ommissas solemnitates, quæ re vera interfuerunt, sed ipse Notarius ex inadvertentia, aut foccordia neglexit scribere, *Farinac. d. q. 156. nu. 39.*, & *60. ubi n. 61. 62.* quando dicatur corrigere incontinenti,

18 Tertio. Fallit in indictione ommissa, quia hoc addere non importat falsitatem, eo quia ex anno Domini colligi potest indictio Romana, *Bald. in l. Imperator num. 3. V. Si quid si vult corrigere ff. de Stat. hom.*, quam fallentiam admittit, *Farinac. supra nu. 42. & 58.*, si non sit data copia Instrumenti; Secus si sit data copia, & *nu. 72.*, etiam declarando verbum ambiguum.

19 Quarto. Fallit si omisit scribere diem, quia licet sit magna quaestio, & dissensio inter D.D., an possit corrigere errorem commissum, in notando diem, & *Bartol. in l. Imperator nu. 3. V. Consulo tamen ff. de Stat. hom.*, dicat se consulvisse, ne Notarius unquam corrigat, nisi de licentia Judicis, ita & *Speculator tit. de Instrumenti edit. §. Instrumentum nu. 7.*, tamen *Jo. Andreas ad Speculatorem ibi in addit. loco citato littera I. in verbo (recordetur) ad finem*, existimat consilium *Bartol.* habere locum, si corrigendus sit error diei malè appositus, secus diei ommissi, & plura ad hoc notat, *Farinac. d. q. 156. nu. 49.*, & *Speculator loco citato nu. 6.* ex quibus potest, quod error ex negligentia, seu in omitendo facilius corrigitur, quam error in committendo.

20 Intellige semper, ubi non sit mota quaestio super hoc errore, & Jus non sit in tempore, ut quando ageretur de prioritate, vel posterioritate hypothecæ, quia tunc nullatenus potest Notarius de se, & propria auctoritate corrigere omissa, *Bald. in l. Imperator col. 2. V. tu dic. ff. de Stat. hom.*, *Farinac. supra nu. 56. 57.*

21 Quintò. Fallit ex tradictis per *Felin. in c. ex litteris nu. 12. V. (Septima, & ultima declaratio)* si omisit Notarius clausulas consuetas, quas poterit addere ex se, quia Notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clausulis consuetis, *Bald. in l. fin. per tex. ubi in fine ff. de fidejuss.*, *Bartol. in l. Si prius §. rectè ff. de aqua plu. arc.*, *Farinac. q. 157. num. 19.*, & *seqq.*, ubi *nu. 26. 27.*, quod omisso clausularum solitarum, potius error, quam dolus præsumitur.

22 Su.